

**Ciceronis
SOMNIUM SCIPIONIS**

**Ciceron:
SCIPIONOVE SANJE**

Texto latino y traducción eslovena

María Estanislada Sustersic



Ciceronis SOMNIUM SCIPIONIS

Cicero: SCIPIONOVE
SANJE

▲ Texto Latino ▲ Traducción Eslovena

Esta publicación ha sido sometida a evaluación interna y externa organizada por la Secretaría de Investigación de la Facultad de Humanidades y Ciencias de la Educación de la Universidad Nacional de La Plata.

Sekretariat za Znanstvene Raziskave Fakultete je določil notranjo (FaHCE, Fakulteta Humanističnih in Vzgojnih Ved, UNLP Državna Univerza La Plata) in zunanjo (UBA Buenosaireška Narodna Univerza, UCA Argentinska Katoliška Univerza in Pravna Fakulteta Univerze v Ljubljani) oceno te objave.

Asesoramiento imagen institucional

Área de Diseño en Comunicación Visual

Diseño de tapa

D.G. P. Daniela Nuesch

Imagen de tapa

Gloria Antonioli. *Cosmos*, mixta sobre tela.

Diseño de imagen de colección y diagramación

Leandra Larrosa • Sergio Minutoli

1ª edición. Buenos Aires. 2015.

22 páginas. 21 x 29,7 cm.

ISBN 978-950-34-1242-8

Colección Textos y Traducciones N° 3

Fecha de maquetación: noviembre de 2015

Cita sugerida: Sustersic, María Estanislada, tr. e introd.. (2015). Ciceronis. *Somnium scipionis* : Texto Latino y Traducción Eslovena. La Plata : Universidad Nacional de La Plata. Facultad de Humanidades y Ciencias de la Educación (Textos y traducciones; 3). Disponible en: <http://www.libros.fahce.unlp.edu.ar/index.php/libros/catalog/book/57>

Queda hecho el depósito que marca la ley 11.723.

©2015 Universidad Nacional de La Plata



LATIN
— *latinsko*

ESLOVENO
— *slovensko*

**Universidad Nacional
de La Plata**

Facultad de Humanidades
y Ciencias de la Educación

DECANO

Dr. Aníbal Viguera

VICEDECANO

Dr. Mauricio Chama

SECRETARIA DE ASUNTOS ACADÉMICOS

Prof. Hernán Sorgentini

SECRETARIO DE POSGRADO

Dr. Fabio Espósito

SECRETARIA DE INVESTIGACIÓN

Dra. Susana Ortale

SECRETARIO DE EXTENSIÓN

UNIVERSITARIA

Mg. Jerónimo Pinedo

ÍNDICE

KAZALO

Introducción	Uvod	6
Somnium scipionis	Scipijonove sanje	10
Resumen	Povzetek	20
Bibliografía	Bibliografija	21
Sobre la autora	O autorici	22

INTRODUCCIÓN

Durante toda la antigüedad greco-romana existió un destacado interés por la gloria. Ya Homero descubre con profunda atención la excelsa gloria del ser cuando contempla las escenas de violencia y heroísmo durante la guerra de Troya. Píndaro exalta la gloria de los vencedores en las competencias, llevando al hombre a las fuentes del ser, elevándolo por sobre la sombría realidad ordinaria. En la tragedia, aunque el destino del hombre sea terrible y sombrío, logra la serenidad y accede a la gloria de los dioses cuando vislumbra que viene de un mundo de gloria divina. Entre los filósofos, Platón intenta explicar la gloria de Dios que acontece en el mundo y considera el hecho de ser amados por los dioses, algo superior a todos los honores humanos. Por otra parte, los romanos también han sentido el deseo de gloria, incluso Lucrecio, quien rechaza la poesía, las riquezas, el poder y las armas, espera con gran intensidad la gloria merecida. Cicerón con un lenguaje mítico tradicional describe cómo el alma se eleva en sueños al cielo, contemplando la gloria eterna. Nada distinguirá más al virgiliano Eneas que la misteriosa y filial complacencia a la autoridad amada del padre y de Dios en un comportamiento que será el fundamento de la gloria humana.

La inmortalidad personal del político se revelará en el *Somnium* como el premio por la obra personal realizada. Se entiende que

UVOD

V grško-rimski antiki je bilo veliko zanimanja za slavo. Že Homer z globoko pozornostjo odkrije odličnost slave, ko razmišlja o prizorih nasilja in junaštva v času trojanske vojne. Pindar praznuje slavo zmagovalcev na tekmovanjih in dviga človeka nad vsakdanjo, mračno realnost. V tragediji, čeprav je usoda človeka grozna, ta doseže mir in dostop do slave bogov, ko predvideva, da sam izhaja iz sveta božanske slave. Med filozofi Platon poskuša razložiti božjo slavo na svetu in meni, da dejstvo, da nas bogovi ljubijo, presega vse človeške časti. Rimljani so tudi občutili željo po slavi. Lukrecij, ki zavrača poezijo, bogastvo, moč in orožje, goreče pričakuje zaslužen slavo. Ciceron v *Scipijonovih Sanjah*, v tradicionalnem mitološkem jeziku opisuje, kako se duša dvigne v nebesa, kjer zre v večno slavo. Nič ne označuje Virgilskega Eneja bolj kot skrivnostna ljubezen sina do svojega očeta in Boga v vedenju, ki bo temelj človeške slave.

V *Somniumu* je osebna nesmrtnost in mesto v vesolju nagrada za izvršeno delo vladarja. Razume se, da najboljši izraz politične kreposti zahteva najvišje darovanje samega sebe in tako vladar ponese svojo osebno bit do najvišjega izraza, ki bo vredna najvišje nagrade. Scipion Afričan sooča svojega posvojenega sina z brezmejnimi vesoljem in razmišlja o nečimrnosti zemeljskih stvari, ko primerja veličino kozmosa in majhnost zemlje. V *Somniumu*, kjer se sodi nepopolnost zemeljskega življenja glede

la mejor expresión de la virtud política exige la más alta entrega de sí mismo, lleva así su ser personal a la más alta expresión, que se corresponderá con el mayor premio. El ascenso del alma en el Cosmos prefigura en el *Somnium* la inmortalidad celestial de los grandes políticos quienes se han consagrado a las virtudes patrióticas. Escipión Africano enfrenta a su hijo adoptivo al universo ilimitado y medita sobre la vanidad de las cosas terrenales, comparando la grandeza del Cosmos con la pequeñez de la tierra.

En el *Somnium* donde se juzga la imperfección de la vida terrena con relación a la celestial se revela que el camino para llegar al cielo reside en merecer el bien de la patria labor que ya había sido situada bajo el designio de los dioses en el libro primero del *De re publica*. Entonces la perfección solo será escatológica y futura, pero esto no implica el desprecio de las ocupaciones terrenas y la gloria correspondiente sino la inclusión en una perspectiva de excelencia que por sí misma no poseería.

Cuando las esperanzas del mismo Cicerón se ven limitadas, desarrolla una visión que demuestra la excelencia de la actividad política, y la renuncia que sería trágica, se ordena hacia la búsqueda de la plenitud y armonía. Estas se encuentran en el cuadro de perfección cósmica cuya homología buscará el político en el orden terreno.

Frente a la posición ciceroniana encontramos a lo largo de la historia racionalismos, idealismos, positivismos, existencialismos que priorizan la *praxis*, una *praxis* autónoma que lleva al hombre a producir, se sobreentiende que tienen como salida fundamentalmente el utilitarismo. El mundo se presenta entonces al hombre como material manipulable, como objeto de uso que sólo sirve a sus proyectos anulando el concepto de bien común. No se diferencian jerarquías ni dignidades, todos los hombres son iguales. Bajo estas concepciones no hay lugar para la gloria, sólo existe el pago a un servicio. El valor supremo de la sociedad de consu-

na nebeškega, kaže, da je pot do nebes v služnjo domovini. Torej je popolnost eshatološka, vendar pa to ne pomeni prezira zemeljskega delovanja in slave, ki mu pripada, temveč vključitev tega delovanja v perspektivo odličnosti, ki ga samo nima.

Vzpon duše v vesolju oznanja nebeško nesmrtnost velikih vladarjev, ki so se posvetili domoljubnim krepostim. V *Somniumu* sta integrirani obe vrsti slave, zemeljska in nebeška. Ko so politični upi Cicerona omejeni, razvije vizijo, ki kaže odličnost politične dejavnosti; izguba zemeljske slave, ki bi bila tragična, se usmerja k iskanju večne popolnosti in harmonije. Ta se nahaja v okviru kozmosa, katerega skuša človek posnemati v političnem redu.

Nasproti Ciceronovega mišljenja najdemo v zgodovini idealizme, racionalizme, pozitivizme, eksistencializme, ki predpostavljajo avtonomno prakso; ta vodi človeka do proizvodnje, se razume, da ima izhod v utilitarizmu. Svet je torej za človeka snov, predmet uporabe, ki služi samo njegovim projektom in zanika koncept skupnega dobrega. Tako se ne razlikuje hierarhije in dostojanstev, vsi ljudje so enaki. V skladu s temi predstavami ni prostora za slavo, obstaja le plačilo za storitve. Vrhovna vrednota potrošniške družbe je učinkovitost, ki ustreza racionalističnemu, proti božjemu in proti ontološkemu mišljenju.

V primerjavi z racionalističnem mišljenjem, ki meni, da je človek avtonomno bitje, Ciceron trdi, da je zelo arogantno misliti, da ni nič boljšega od človeka. Ugledno mesto, ki ga ima človek v *Somniumu*, temelji na božjem vodstvu sveta. In vse človeške dejavnosti so dejavnosti posredovanja.

Za zaključek lahko rečemo da je slava mogoča le v okviru filozofskega realizma. Tako pri ratifikaciji uglednega mesta, ki pripada vladarju kot božanska zasnova, nastane *Somnium*, v katerem se ponese krepostnega vladarja v nebeško slavo. Ciceron integrira v kozmos premislek o rimski zgodovini v zelo dostojanstveni viziji glede vladanja in vladarja, poveličanega v *Somniu-*

mo es la eficiencia que responde a una forma de pensar objetivante, desontologizante y, en consecuencia, desacralizante.

Frente a los planteos racionalistas que consideran al hombre autónomo Cicerón sostiene que es de arrogancia delirante creer que no haya nada superior al hombre. El lugar eminente que tiene el hombre en el *Somnium* se sostiene en la divina fundamentación del mundo. Y toda la actividad del hombre que le da ese lugar eminente es una actividad de mediación.

Como conclusión entendemos que la gloria sólo es posible en el marco del realismo filosófico. Así en la ratificación del lugar distinguido que le corresponde al gobernante como designio divino surge el *Somnium*, en el que se lleva a la gloria celestial al gobernante virtuoso. Cicerón integra al cosmos la reflexión sobre la propia historia romana en una alta visión de la gestión de gobierno y el gobernante, glorificada en el *Somnium*. El *De re publica* termina llevando a la gloria celestial al virtuoso gobernante, a aquel que ha logrado la plenitud personal dedicando su vida a la *salus commune*. ▲

mu. De re publica se zaključí, ko prikaže v nebeški slavi krepostnega vladarja, tistega, ki je dosegel osebno popolnost, ko je posvetil svoje življenje skupnemu dobremu (*salus commune*). ▲

Ciceronis SOMNIUM
SCIPIONIS

Ciceron: SCIPIONOVE
SANJE

SOMNIUM SCIPIONIS ¹

15 **9(1),9** (ESCIPION) Cum in Africam venissem
M. Manilio consuli ad quartam legionem
tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit
potius quam ut Masinissam convenirem
regem, familiae nostrae iustis de causis
20 amicissimum. Ad quem ut veni, complexus
me senex conlacrimavit aliquantoque post
suspexit ad caelum et «Grates» inquit «tibi
ago, summe Sol, vobisque, reliqui Caelites,
quod, ante quam ex hac vita migro, conspicio
25 in meo regno et his tectis P. Cornelium
Scipionem, cuius ego nomine recreor ipso:
itaque numquam ex animo meo discedit
illius optimi atque invictissimi viri memoria».
Deinde ego illum de suo regno, me de nostra re
30 publica percontatus est, multisque verbis ultro
citroque habitis ille nobis consumptus est dies.



35 **10,10** Post autem apparatu regio accepti
sermonem in multam noctem produximus,
cum senex nihil nisi de Africano loqueretur
omniaque eius non facta solum, sed etiam
dicta meminisset. Deinde, ut cubitum
discessimus, me et de via fessum, et qui ad
40 multam noctem vigilassem, artior quam
solebat somnus complexus est. Hic mihi
(credo equidem ex hoc quod eramus locuti;
fit enim fere, ut cogitationes sermonesque
nostri pariant aliquid in somno tale quale
45 de Homero scribit Ennius, de quo videlicet

SCIPIONOVE SANJE

9(1),9 (SCIPION) Ob svojem prihodu v Afriko
pod konzulom Manijem Manilijem, kot vojaški
tribun četrte legije, kakor veste, nisem želel
nič drugega kakor obiskati kralja Masinissa, ki
je bil dober prijatelj naše družine iz pravičnih
razlogov. Ko sem prišel k njemu, me je stari kralj
objel in zajokal. Kmalu zatem se je ozrl v nebo in
dejal: «Zahvaljujem se ti, suvereno Sonce, in vam
druge zvezde, da, preden zapustim to življenje,
vidim v svojem kraljestvu in pod isto streho
Scipiona, čigar samo ime mi povzroča veselje:
do take mere, da me spomin na tako odličnega,
nepremagljivega in najboljšega človeka nikoli
ne zapusti. Potem sem ga spraševal o njegovem
kraljestvu, on pa o naši republiki. Tako sva
preživela dan med pogovori.»



10,10 Po slovesnem sprejemu v kraljevi palači
sva se pogovarjala še pozno v noč. Stari kralj ni
govoril o ničemer drugem kot o Afričanu, in se
spominjal ne le njegovih dosežkov, ampak tudi
njegovih rekov. Potem ko smo šli spat, me je
objel bolj globoki spanec kot ponavadi, ker sem
bil utrujen od potovanja in buden pozno v noč.
Nato -mislim, da se je zgodilo zaradi najinih
pogovorov, kar se pogosto dogaja, da naše misli
in pogovori povzročajo potem med spanjem
take podobe, o kakršnih Ennij pripoveduje
o Homerju, o katerem je velikokrat čez dan

1. ZIEGLER, K. (1969). *Cicero. De re public, Somnium Scipionis.* Lipsiae: Teubner.

1 saepissime vigilans solebat cogitare et loqui)
Africanus se ostendit ea forma, quae mihi ex
imagine eius quam ex ipso erat notior; quem
ubi agnovi, equidem cohorrui; sed ille: «Ades»
5 inquit «animo et omitte timorem, Scipio, et,
quae dicam, trade memoriae.»

▲

11(2),11 «Videsne illam urbem, quae parere
10 populo Romano coacta per me renovat
pristina bella nec potest quiescere?»
Ostendebat autem Karthaginem de excelso et
pleno stellarum, illustri et claro quodam loco.
«Ad quam tu oppugnandam nunc venis paene
15 miles. Hanc hoc biennio consul evertes,
eritque cognomen id tibi per te partum, quod
habes adhuc a nobis hereditarium. Cum
autem Karthaginem deleveris, triumphum
egeris censorque fueris et obieris legatus
20 Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam,
deligere iterum consul absens bellumque
maximum conficies, Numantiam excindes.
Sed cum eris curru in Capitolium invectus,
offendes rem publicam consiliis perturbatam
25 nepotis mei.»

▲

12,12 «Hic tu, Africane, ostendas oportebit
patriae lumen animi, ingenii consiliique
30 tui. Sed eius temporis ancipitem video
quasi fatorum viam. Nam cum aetas tua
septenos octiens solis anfractus reditusque
converterit, duoque ii numeri, quorum
uterque plenus alter altera de causa habetur,
35 circuitu naturali summam tibi fatalem
confecerint, in te unum atque in tuum
nomen se tota convertet civitas, te senatus,
te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur,
tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus, ac,
40 ne multa, dictator rem publicam constituas
oportet, si impias propinquorum manus
effugeris.» Hic cum exclamasset Laelius
ingemuissentque vehementius ceteri, leniter
arridens Scipio «St! quaeso» inquit, «ne me e
45 somno excitetis, et parumper audite cetera.»

govoril in razmišljaj-, se mi je pojavil Afričan
pod tisto podobo, ki mi je bila bolj znana s
portreta kakor iz osebnega poznanja. Ko sem
ga zagledal, sem se zdrznil, on pa mi je dejal:
«Bodi pogumen in ne boj se, zapomni si kar ti
bom povedal».

▲

11(2),11 «Vidiš tam doli tisto mesto, ki sem ga
prisilil da se je pokorilo rimskemu ljudstvu; zdaj
pa ponovno začenja staro vojno in ne more
mirovati?» In mi je kazal Kartagino, z jasne in
svetle višine, polne zvezd. «Ti prihajaš sedaj
oblegat to mesto, kot preprost vojak, v dveh
letih ga boš uničil kot konzul, in to ime (Afričan),
ki ga imaš sedaj podedovanega, boš dobil po
svoji zaslugi. Ko boš uničil Kartagino, slavil svojo
zmago, boš imenovan cenzor, boš šel v Egipt,
Sirijo, Azijo in Grčijo, kot poslanec rimskega
ljudstva, v svoji odsotnosti boš drugič izvoljen
za konzula in končal boš najpomembnejšo
vojno: poteptal boš Numancijo. Ampak potem
ko se boš povzpел na Kapitol na zmagovitem
vozu, boš našel republiko vznemirjeno zaradi
mahinacij mojega vnuka.»

▲

12,12 «Takrat, Afričan, boš moral odkriti
domovini luč svojega duha, svoj talent in svojo
preudarnost, čeprav vidim, da se pot tvoje
usode razcepi v tem času.
Ko boš v življenju prehodil osemkrat, sedem
obratov sonca, bodo te številke, za katere
iz različnih razlogov menijo, da so popolne,
zaključile s svojim naravnim tekom starost,
ki ti jo je dodelila usoda, takrat se bo celo
mesto obrnilo k tebi, in klicalo tvoje ime: oči
bodo uprli vate, Senat, in vse častne osebe,
zavezniki in Latinci. Ti boš edini zmožen doseči
rešitev svojega mesta.» Za zaključek: «Moral
boš kot diktator obnoviti republiko, če ti bo
uspelo pobegniti pred brezbožnimi rokami
sorodnikov.» Ta trenutek, ker je Lelij vzkliknil
in so drugi zastokali, jih je Scipion blagodejno
nasmejan, pozval k molku, in dejal: «Prosim,
ne zbudite me iz spanja in poslušajte še nekaj».

1 ▲
13(3),13 «Sed quo sis, Africane, alacrior
 ad tutandam rem publicam, sic habeto:
 omnibus, qui patriam conservaverint,
 5 adiuverint, auxerint, certum esse in caelo
 definitum locum, ubi beati aevo sempiterno
 fruuntur; nihil est enim illi principi deo,
 qui omnem mundum regit, quod quidem in
 terris fiat, acceptius quam concilia coetusque
 10 hominum iure sociati, quae civitates
 appellantur; harum rectores et conservatores
 hinc profecti huc revertuntur.»

▲
 15 **14,14** Hic ego, etsi eram perterritus non
 tam mortis metu quam insidiarum a meis,
 quaesivi tamen viveretne ipse et Paulus pater
 et alii, quos nos extinctos arbitraremur.
 «Immo vero» inquit «hi vivunt, qui e corporum
 20 vinculis tamquam e carcere evolaverunt,
 vestra vero quae dicitur vita mors est. Quin
 tu aspicias ad te venientem Paulum patrem?»
 Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum
 profundi, ille autem me complexus atque
 25 osculans flere prohibebat.

▲
15,15 Atque ego ut primum fletu represso
 loqui posse coepi, «Quaeso» inquam, «pater
 30 sanctissime atque optume, quoniam haec est
 vita, ut Africanum audio dicere, quid moror in
 terris? quin huc ad vos venire propero?» «Non
 est ita» inquit ille. «Nisi enim deus is, cuius hoc
 templum est omne, quod conspicias, istis te
 35 corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus
 patere non potest. Homines enim sunt hac lege
 generati, qui tuerentur illum globum, quem in
 hoc templo medium vides, quae terra dicitur,
 iisque animus datus est ex illis sempiternis
 40 ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae
 globosae et rotundae, divinis animatae
 mentibus, circulos suos orbesque conficiunt
 celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis
 omnibus retinendus animus est in custodia
 45 corporis nec iniussu eius, a quo ille est vobis
 datus, ex hominum vita migrandum est,

▲
13(3),13 «Da boš ti, Afričan, bolj odločen za
 obrambo republike, imej pred očmi tole: za
 vse ki so varovali domovino, ji pomagali in
 pripomogli k njeni rasti, je neko posebno mesto
 na nebu, kjer uživajo blaženo večnost. Od
 delovanja na zemlji nič ne ugaja bolj Bogu, ki
 vlada vsemu svetu kakor skupine ljudi, ki jih
 združuje vez pravice, imenujemo jih mesta. Tisti,
 ki jih urejajo in ohranjajo, so izšli od tod in se
 potem povrnejo v to nebo.»

▲
14,14 «Na tej točki, čeprav me je bilo strah, ne
 toliko pred smrtjo, kakor zaradi spletk mojih
 sorodnikov, sem vprašal, če on živi, in moj oče
 Pavel in drugi, za katere mislimo, da so umrli.»
 Scipion je odgovoril: «Nikakor ne, ampak živijo,
 potem ko so zbežali iz suženjstva telesa kot
 iz zapora. To pa, kar vi imenujete življenje, je
 v resnici smrt. Ali ne vidiš, da prihaja tvoj oče
 Pavel?» Ko sem ga zagledal, sem planil v jok,
 on pa me ni pustil jokati, med tem ko me je
 objemal in poljubljal.-

▲
15,15 In jaz, komaj sem utegnil govoriti, ker sem
 zadrževal solze, sem rekel: «Oče moj, izredno
 spoštovani in odlični, če je, kot sem slišal Afričana,
 to tvoje pravo življenje, zakaj moram živeti na
 Zemlji? Zakaj ne pohitim k tebi?» Na to mi je
 odgovoril: «Ni vstopa za vas sem, če vas ta Bog,
 čigar tempelj je vse to, kar vidite, ne osvobodi iz
 zapora telesa. Ker so ljudje bili rojeni pod tem
 zakonom in morajo skrbeti za kroglo, ki jo vidite
 v središču tega templja, in se imenuje Zemlja. Ti
 so dobili dušo, vzeto iz teh večnih ognjev ki jim
 pravimo ozvezdja in zvezde, ki v okroglih oblikah
 in z življenjem božanskih duhov, tečejo z izjemno
 hitrostjo po svojih krožnih tirih. Torej, ti, Publi, in
 drugi pobožni možje, kot ste vi, morate ohraniti
 dušo v zaporu telesa, in se ne bi smeli izseliti iz
 življenja brez dovoljenja tistega, ki vam ga je dal,
 da vas ne bodo dolžili, da se

1 ▲
16,16 ne munus humanum adsignatum a deo defugisse videamini. «Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole et
 5 pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est. Ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui iam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides (erat autem is splendidissimo candore inter flammam circus elucens), «quem vos, ut a Graecis accepistis, orbem lacteum nuncupatis.» Ex quo omnia
 10 mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem eae stellae, quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium, quas esse numquam suspicari sumus, ex quibus erat ea minima, quae, ultima a caelo, citima (a) terris, luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terrae
 20 magnitudinem facile vincebant. Iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

25 ▲
17(4),17 Quam cum magis intuerer «Quaeso» inquit Africanus, «quousque humi defixa tua mens erit? Nonne aspicias, quae in templa veneris? Novem tibi orbibus vel potius
 30 globis conexas sunt omnia, quorum unus est caelestis, extumus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens et continens ceteros; in quo sunt infixi illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni; cui subiecti sunt septem, qui versantur retro contrario motu atque caelum; ex quibus
 35 unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis; tum rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis; deinde subter mediam fere regionem sol obtinet, dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio,
 40 tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret

▲
16,16 izogibate nalogi, ki vam jo je določil Bog.» «Nasprotno, ti, Scipion, kakor tvoj ded tukaj, kot jaz sam, ki sem tvoj oče, živi dolžno pobožnost, ki je zelo pomembna v zvezi s starši in sorodniki ter mnogo bolj z domovino. Takšno vedenje je pot do nebes in srečanja tistih, ki so živeli in prosti telesa naseljujejo ta kraj, ki ga vidiš.» To je bil v bistvu krog, ki sije s svetlo belino med plameni -in se po Grkih imenuje ‚Rimska cesta‘. Od tukaj je videl vse drugo svetlo in čudovito. Bile so zvezde, ki jih nikoli ne vidimo z Zemlje, vse take velikosti, ki si je nebi mogli predstavljati. Od teh je bila najmanjša tista, ki je najbolj oddaljena od neba in najbližja Zemlji, in ki ne sije s svojo lučjo. Ni bilo nobene primerjave med zvezdami in velikostjo Zemlje, saj se nam je Zemlja sama zdela tako majhna, da me je bilo sram tega imperija, ki zavzema samo majhno piko na njej.

▲
17(4),17 Ko sem jo gledal nekaj časa, je dejal Afričan: «Kako dolgo bo tvoj um usmerjen proti zemlji. Ali ne vidiš, v katere templje si prišel? Celotno vesolje lahko gledaš zaprto v devet orbit, ali bolje rečeno krogel, od katerih je zunanja nebesna krogla tista, ki obkroža vse ostale, kot vrhovni Bog, ki vlada in vsebuje druge, in v kateri so pritrjene tiste večne orbite, po katerih se gibljejo zvezde. Tej orbiti se podreja ostalih sedem, ki se vrtijo v nasprotju z nebom. Med njimi je eden, na katerem je tista zvezda, ki jo na Zemlji imenujejo Saturn. Potem prihaja zvezda, zdrave narave, ki sije v ognju kot sonce, naklonjena človeštvu, imenovana Jupiter, nato pa tista rdeča in grozna, ki jo imenujete Mars. Malo nižje, Sonce zavzema sredino, kot vodja in moderator drugih svetilk, um in harmonija sveta; je tako veliko, da osvetljuje in napolnjuje vse s svojo lučjo. Potem prihajata kot spremljevalca orbiti Venere in Merkurja;

1 et compleat. Hunc ut comites consequuntur
 Veneris alter, alter Mercurii cursus, in
 infimoque orbe luna radiis solis accensa
 convertitur. Infra autem iam nihil est nisi
 5 mortale et caducum praeter animos munere
 deorum hominum generi datos, supra lunam
 sunt aeterna omnia. Nam ea, quae est media
 et nona, tellus, neque movetur et infima est,
 et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.»

10



18(5),18 Quae cum intuerer stupens, ut me
 recepi «Quid? hic» inquam «quis est, qui
 complet aures meas tantus et tam dulcis
 15 sonus?» «Hic est» inquit «ille, qui intervallis
 disiunctus imparibus, sed tamen pro rata
 parte ratione distinctis impulsu et motu
 ipsorum orbium efficitur et acuta cum
 gravibus temperans varios aequabiliter
 20 concentus efficit; nec enim silentio tanti
 motus incitari possunt, et natura fert ut
 extrema ex altera parte graviter, ex altera
 autem acute sonent. Quam ob causam
 summus ille caeli stellifer cursus, cuius
 25 conversio est concitator, acuto et excitato
 movetur sono, gravissimo autem hic lunaris
 atque infimus; nam terra nona immobilis
 manens una sede semper haeret complexa
 medium mundi locum. Illi autem octo
 30 cursus, in quibus eadem vis est duorum,
 septem efficiunt distinctos intervallis sonos,
 qui numerus rerum omnium fere nodus est;
 quod docti homines nervis imitati atque
 cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc
 35 locum, sicut alii, qui praestantibus ingeniis
 in vita humana divina studia



19 coluerunt. Hoc sonitu oppletae aures
 40 hominum obsurduerunt; nec est ullus
 hebetior sensus in vobis, sicut, ubi Nilus ad
 illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat
 ex altissimis montibus, ea gens, quae illum
 locum adcolit, propter magnitudinem
 45 sonitus sensu audiendi caret. Hic vero tantus

nato pod vsemi kroži Luna, ki sveti s sončnimi
 žarki. Pod njo ni nič drugega kot umrljivost ali
 kratkotrajnost, razen duše, dane človeštvu kot
 božji dar. Nad Luno je vse večno in Zemlja, ki
 je v sredini na devetem mestu, je negibna in
 najmanjša, proti njej se nagibajo vsa telesa z
 lastno težo.»



18(5),18 Ko sem si opomogel od osuplosti po
 tej viziji, sem dejal: «Kaj je to? Kaj je ta zvok.
 tako veličasten in blagodejen, ki polni moja
 ušesa.» Na to je odgovoril: «To je zvok, ki ga
 proizvaja impulz in gibanje orbit, sestavljenih
 iz neenakih vendar usklajenih intervalov, ki
 združujejo visoke tone z nizkimi, in proizvajajo,
 uravnotežene, različne harmonije. Tako velika
 gibanja se nebi mogla vršiti brez zvoka. Narava
 dela tako, da se skrajnosti sliši, nekatere v
 nizkih tonih in druge v visokih. Zato se, najvišja
 orbita neba, tista zvezdna, katere vrtenje je
 hitrejše, giblje z ostrim in intenzivnim zvokom,
 z nižjim tonom pa najnižja Lunina orbita.
 Zemlja je na devetem mestu, vedno na istem
 prizorišču, negibna, zaseda osrednje mesto
 celega sveta. Tistih osem orbit, od katerih sta
 dve enaki, proizvajajo sedem različnih zvokov
 zaradi različnih presledkov, katerih številka
 sedem je kot ključ do vsega. Modri možje so
 s posnemanjem teh orbit na strunah lire in z
 načinom petja odprli pot za vrnitev na ta kraj,
 prav tako tudi drugi, ki z višjo



19 inteligenco gojijo v človeškem življenju
 božanske študije. Človek je oglušel zaradi
 polnosti tega zvoka na enak način kakor
 tam, kjer Nil pada z visokih gora v slapovih,
 imenovanih Katadupa. Ljudje, ki živijo na tem
 mestu, nimajo sluha zanje, zaradi intenzivnosti
 hrupa. Ta vesoljni zvok je, zaradi hitrega gibanja

1 est totius mundi incitatissima conversione
sonitus, ut eum aures hominum capere
non possint, sicut intueri solem adversum
nequitis, eiusque radiis acies vestra
5 sensusque vincitur.>

▲

19(6),20 Haec ego admirans, referebam
tamen oculos ad terram. Tum Africanus:
10 <Sentio> inquit <te sedem etiam nunc
hominum ac domum contemplari; quae si
tibi parva, ut est, ita videtur, haec caelestia
semper spectato, illa humana contemnito.
Tu enim quam celebritatem sermonis
15 hominum aut quam expetendam consequi
gloriam potes? Vides habitari in terra raris
et angustis in locis et in ipsis quasi maculis,
ubi habitatur, vastas solitudines interiectas,
eosque, qui incolunt terram, non modo
20 interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab
aliis ad alios manare possit, sed partim
obliquos, partim transversos, partim etiam
adversos stare vobis; a quibus exspectare
gloriam certe nullam potestis.>

25

▲

20,21 <Cernis autem eandem terram quasi
quibusdam redimitam et circumdatam
cingulis, e quibus duos maxime inter se
30 diversos et caeli verticibus ipsis ex utraque
parte subnixos obriguisse pruina vides,
medium autem illum et maximum solis
ardore torreri. Duo sunt habitabiles,
quorum australis ille, in quo qui insistunt,
35 adversa vobis urgent vestigia, nihil ad
vestrum genus; hic autem alter subiectus
aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenui
vos parte contingat. Omnis enim terra,
quae colitur a vobis, angustata verticibus,
40 lateribus latior, parva

sveta, tako močan, da ga človekovo uho ne more
dojeti, prav tako ne morete gledati naravnost v
sonce, ker vid ne prenese njegovih žarkov.»

▲

19(6),20 Čeprav sem občudoval te stvari, sem
usmerjal svoj pogled na Zemljo. Afričan mi je
takrat rekel: «Vidim, da še vedno gledaš dom
človeštva. Ampak, če se ti Zemlja zdi majhna,
kar v resnici je, glej vedno druge nebeške
stvari in preziraj človeške. Ti pa, kakšen sloves
človeške zgovornosti ali zaželene slave moreš
doseči? Vidiš, da poseljujejo Zemljo samo v
nekaterih ozkih območjih, in da so ta naselja
kakor majhne točke, med katerimi so velike
puščave. Prebivalci Zemlje niso samo ločeni, da
se ne da ničesar sporočati med njimi, ampak
nekateri se nahajajo na poševnem položaju,
drugi navskrižno tem, in spet drugi celo
nasproti vam. Gotovo ne morete pričakovati
nobene slave od teh.»

▲

20,21 «Poleg tega upoštevaj, da je Zemlja
sama obkrožena z nekaterimi pokrajinami,
od katerih sta si dve popolnoma nasprotni in
se opirata na eni in drugi strani na sama pola
neba. Lahko vidiš, da so otrdele zaradi ledu,
medtem ko največjo v sredini žge sončna
vročina. Samo dve področji sta primerni za
bivanje: prvo od njih je južno, tam ljudje
polagajo svoje stopinje nasproti vam, ta
nima nič opraviti z našim rododom; drugo, pa
je izpostavljeno severu, kjer ste naseljeni vi,
poglej, kako majhen del vam pripada. Ves
del Zemlje, ki jo vi posedujete, je sploščen na
polih, razširjen na straneh, je kot majhen

1 ▲
22 quaedam insula est circumfusa illo mari,
 quod Atlanticum, quod magnum, quem
 Oceanum appellatis in terris, qui tamen
 5 tanto nomine quam sit parvus vides.› Ex
 his ipsis cultis notisque terris num aut
 tuum aut cuiusquam nostrum nomen vel
 Caucasum hunc, quem cernis, transcendere
 potuit vel illum Gangem tranatare? Quis in
 10 reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis
 aut aquilonis austrive partibus tuum nomen
 audiet? Quibus amputatis cernis profecto
 quantis in angustiis vestra se gloria dilatari
 velit. Ipsi autem, qui de nobis loquuntur,
 15 quam loquentur diu?

▲
21(7)23 Quin etiam si cupiat proles illa
 futurorum hominum deinceps laudes unius
 20 cuiusque nostrum a patribus acceptas
 posteris prodere, tamen propter eluviones
 exustionesque terrarum, quas accidere
 tempore certo necesse est, non modo non
 aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam
 25 adsequi possumus. Quid autem interest ab
 iis, qui postea nascentur, sermonem fore de

▲
22,24 te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante
 30 nati sunt, qui nec pauciores et certe meliores
 fuerunt viri, praesertim cum, apud eos
 ipsos, a quibus audiri nomen nostrum potest,
 nemo unius anni memoriam consequi
 possit? Homines enim populariter annum
 35 tantum modo solis, id est unius astri, reditu
 metiuntur; cum autem ad idem, unde
 semel profecta sunt, cuncta astra redierint
 eandemque totius caeli descriptionem
 longis intervallis rettulerint, tum ille vere
 40 vertens annus appellari potest; in quo
 vix dicere audeo quam multa hominum
 saecula teneantur. Namque ut olim deficere
 sol hominibus exstinguique visus est,
 cum Romuli animus haec ipsa in templa
 45 penetravit, quandoque ab eadem parte sol

▲
22 otok, obdan z morjem, ki ga imenujete
 na Zemlji, Atlantsko morje, Veliko morje
 ali Ocean. Vendar pa vidite, kako majhno je
 vse kljub tako velikih imen. Poleg teh znanih
 ozemelj, kjer ste naseljeni, si morda mogel
 ti, ali kateri koli drugi naš človek prepotovati
 tisti Kavkaz, ki ga vidiš tam, ali preplavati reko
 Ganges, ki jo vidiš? Kdo izmed tistih, ki so na
 drugih delih sveta, na vzhodu in zahodu, na
 severu in jugu, bo mogel kaj vedeti o tvoji osebi?
 Poleg teh delov, lahko torej razumeš, na kako
 omejenem prostoru se more širiti tvoja slava.
 In tisti, ki govorijo o nas, kako dolgo bodo še
 govorili?»

▲
21(7),23 Čeprav bi naslednje generacije hotele
 posredovati prihodnosti slavo enega izmed nas,
 ki so jim jo posredovali njihovi predniki, vendar
 zaradi poplav in požarov na Zemlji, ki nastajajo
 v določenem času, ne bi dobili niti večnega niti
 trajnega slovesa. Zakaj bi bilo pomembno, da o

▲
22,24 tebi razpravlja tvoje potomstvo, če tega
 niso storili tvoji predniki, ti niso bili nič manj,
 bili so gotovo boljši; še posebej, če upoštevamo
 predvsem to, da nihče od tistih, ki lahko
 govorijo o nas, ne more obseči spomina za
 eno leto? Seveda, ljudje pogosto merijo leto
 po sončnem krogu, torej, po eni sami zvezdi,
 ampak, v resnici, lahko govorimo o celotnem
 letu, ko se vse zvezde vrnejo na kraj, od koder so
 izšle naenkrat, in sestavljajo, po dolgih časovnih
 presledkih, isto razporeditev celotnega neba.
 To je čas, o katerem si ne bi drznil reči, koliko
 človeških stoletij predstavljajo. Tako kot so v
 drugih časih videli ljudje, da je izginilo sonce,
 ko je Romulova duša vstopila v te templje, v
 katerih se nahajamo, ko se je sonce zasenčilo
 na isti točki in v istem času. Nato je bilo leto

1 eodemque tempore iterum defecerit, tum
signis omnibus ad principium stellisque
revocatis expletum annum habeto; cuius
quidem anni nondum vicesimam partem
5 scito esse conversam.



23,25 «Quocirca si reditum in hunc locum
desperaveris, in quo omnia sunt magnis
10 et praestantibus viris, quanti tandem est
ista hominum gloria, quae pertinere vix ad
unius anni partem exiguam potest? Igitur
alte spectare si voles atque hanc sedem
et aeternam domum contueri, neque te
15 sermonibus vulgi dedideris nec in praemiis
humanis spem posueris rerum tuarum; suis
te oportet inlecebris ipsa virtus trahat ad
verum decus; quid de te alii loquantur, ipsi
videant, sed loquentur tamen. Sermo autem
20 omnis ille et angustiis cingitur iis regionum,
quas vides, nec umquam de ullo perennis fuit
et obruitur hominum interitu et oblivione
posteritatis exstinguitur.»



24(8)26 Quae cum dixisset, «Ego vero»
inquam, «Africane, siquidem bene meritis
de patria quasi limes ad caeli aditum patet,
quamquam a pueritia vestigiis ingressus
30 patris et tuis decori vestro non defui, nunc
tamen tanto praemio exposito enitar multo
vigilantius.» Et ille «Tu vero enitere et sic
habeto, non esse te mortalem, sed corpus
hoc; nec enim tu is es, quem forma ista
35 declarat, sed mens cuiusque is est quisque,
non ea figura, quae digito demonstrari
potest. Deum te igitur scito esse, siquidem
est deus, qui viget, qui sentit, qui meminit,
qui providet, qui tam regit et moderatur et
40 movet id corpus, cui praepositus est, quam
hunc mundum ille princeps deus; et ut
mundum ex quadam parte mortalem ipse
deus aeternus, sic fragile corpus animus
sempiternus movet.»

45

zaključeno, z vsemi ozvezdji in zvezdami
nameščenimi nazaj v izhodišče. Vendar vedite,
da tega leta ni prešlo niti dvajseti del.



23,25 «Če bi torej izgubili upanje, da se vrnete
na ta kraj, kjer najdejo popolnost veliki in
ugledni ljudje, kaj bi bilo vrednega navsezadnje,
v tem slovesu, ki zavzema samo minimalni del
leta? Če torej, želiš gledati navzgor in videti
ta sedež in večno domovino, ne zaupaj temu,
kar pravi ljudstvo, ne postavljalj upanja svojih
dejanj v človeške nagrade. Sama krepost s svojo
privlačnostjo te mora voditi do prave slave. Naj
se brigajo sami za to, kar so govorili o tebi, ker
bodo vseeno govorili, saj bo vse, kar pravijo,
omejeno na ta mali prostor, ki ga vidiš. Saj
nihče nikoli ni imel trajnega slovesa, saj izgine s
smrtjo in se konča s pozabo prihodnjih rodov.»



24(8),26 Po tem ko sem govoril o njem tako,
sem rekel: «Zdaj si bom jaz, Afričan, ker je
odprt dostop v nebo dobrotnikom domovine,
čeprav vas nisem sramotil, ker sem sledil zgledu
svojega očeta in tebe, precej bolj prizadeval
za tako veliko nagrado.» Afričan je odgovoril:
«Potrudi se in bodi prepričan, da je umrljivo
samo to tvoje telo, in da nisi ti ta zunanji videz,
ampak da je vsak to, kar je njegov um in ne
to na, kar se lahko kaže s prstom. Vedi, da si
božansko bitje, saj je Bog, ki obstaja, misli, se
spominja, deluje, predvideva, vlada in vodi to
telo, ki je od njega odvisno, tako, kot Bog vlada
svetu. In prav na isti način kot Bog premika svet,
ki je delno smrten, tako neumrljiva duša vodi
umrljivo telo.»

1 ▲
25,27 «Nam quod semper movetur, aeternum
 est; quod autem motum adfert alicui,
 quodque ipsum agitur aliunde, quando
 5 finem habet motus, vivendi finem habeat
 necesse est. Solum igitur, quod sese movet,
 quia numquam deseritur a se, numquam
 ne moveri quidem desinit; quin etiam
 ceteris, quae moventur, hic fons, hoc
 10 principium est movendi. Principii autem
 nulla est origo; nam ex principio oriuntur
 omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci
 potest; nec enim esset id principium, quod
 gigneretur aliunde; quodsi numquam
 15 oritur, ne occidit quidem umquam. Nam
 principium extinctum nec ipsum ab alio
 renascetur nec ex se aliud creabit, siquidem
 necesse est a principio oriri omnia. Ita fit,
 ut motus principium ex eo sit, quod ipsum
 20 a se movetur; id autem nec nasci potest nec
 mori; vel concidat omne caelum omnisque
 natura et consistat necesse est nec vim ullam
 nanciscatur, qua a primo impulsa moveatur.»

25 ▲
26(9),28 «Cum pateat igitur aeternum id
 esse, quod a se ipso moveatur, quis est, qui
 hanc naturam animis esse tributam neget?
 Inanimum est enim omne, quod pulsu
 30 agitur externo; quod autem est animal, id
 motu cietur interiore et suo; nam haec est
 propria natura animi atque vis; quae si est
 una ex omnibus, quae sese moveat, neque
 nata certe est et aeterna est.»

35 ▲
29 «Hanc tu exerce optimis in rebus! Sunt
 autem optimae curae de salute patriae,
 quibus agitatus et exercitatus animus
 40 velocius in hanc sedem et domum suam
 pervolabit; idque ocius faciet, si iam tum,
 cum erit inclusus in corpore, eminebit foras
 et ea, quae extra erunt, contemplan quam
 maxime se a corpore abstrahet. Namque
 45 eorum animi, qui se corporis voluptatibus

▲
25,27 «Kar se vedno premika, je večno, medtem
 ko tisti, ki dobi pogon od drugih, preneha
 živeti, ko se gibanje konča. Le tisti, ki premika
 samega sebe, ker se ne loči od samega sebe,
 se nikoli ne ustavi in je tudi vir vsega ostalega,
 kar se premika, je princip gibanja. Kar pa
 je princip, nima izvora, saj vse, kar prihaja
 od samega začetka, ne more biti rojeno od
 ničesar drugega, ker nebi bilo začetek, če bi bilo
 zaplojeno od drugod. Kar se nikoli ne rodi, ne
 more umreti, in če bi minil princip, ne bi mogelo
 biti ponovno rojeno iz drugega, niti ne more
 ustvariti ničesar samo, saj vse prihaja od nekega
 začetka. Tako je princip gibanja tisto, kar
 premika samo sebe, to ne more biti rojeno niti
 ne more umreti, sicer bi zahtevalo, da bi celotno
 nebo propadlo in da bi se vsa narava ustavila,
 ne da bi mogla najti princip, po katerem se
 premikala.»

▲
26(9),28 «Tako je očitno, da je večno, kar
 premika samo sebe. Kdo lahko zanika, da je
 taka narava duš? Zato je vse, kar dobi pogon od
 zunaj, brez duše, in kar ima dušo, dobi gibanje
 iz svoje notranjosti. To sta narava in bistvo
 duše, in če je edinstvena med vsemi stvarmi, se
 premika sama po sebi, je res, da ni rojena in je
 torej večna.»

▲
29 «Vadi svojo dušo v najboljših rečeh, med
 njimi je trud za rešitev države, da bo tako
 usposobljena letela hitreje v svoj dom, in bo
 to storila z večjo lahkoto, če se, zaprta v telesu,
 povspne višje; in, ko gleda zunanji svet, se loči,
 kot je mogoče, od vsega telesnega. Med tem ko
 so duše tistih, ki so se vedno vdajali telesnim
 užitkom in so bili kakor njihovi strežniki in so
 tako kršili človeško in božansko pravico zaradi

- 1 dediderunt earumque se quasi ministros
praeberunt impulsuque libidinum
voluptatibus oboedientium deorum et
hominum iura violaverunt, corporibus
5 elapsi circum terram ipsam volutantur nec
hunc in locum nisi multis exagitati saeculis
revertuntur.› Ille discessit; ego somno
solutus sum. ▲

nagiba strasti pokornih užitkom, ti bodo tavali
okoli Zemlje, ko se ločijo od svojih teles, in se ne
bodo mogli vrniti na to mesto takoj, ampak šele
po mnogih stoletjih trpljenja.»

Afričan je odšel, in jaz sem se zbudil iz sanj.▲

RESUMEN

En el *Sueño de Escipión*, último libro del *De re publica*, describiendo un viaje ultraterreno durante un sueño, se refiere Cicerón a la recompensa del gobernante virtuoso que busca el bien de su pueblo. Ésta es aquí la gloria terrena y en el más allá la apoteosis. Lo que en el proemio es objeto de una deducción lógica se convierte en el *Somnium* en la revelación de una verdad eterna. La afirmación ciceroniana de que el hombre tiene un lugar eminente apunta necesariamente a la divina fundamentación del mundo. Y toda la actividad humana que le da un lugar eminente es una actividad de mediación. El *Somnium* pertenece al tipo de sueño oracular y admonitorio en el cual Cicerón preanuncia la gloria celestial para el gobernante virtuoso, pero las circunstancias en las que se desarrolla este sueño son particulares y no pertenece al ámbito de la adivinación.

POVZETEK

V prvem predgovoru *De re publice* Ciceron opozarja na plačilo krepostnega vladarja, ki si prizadeva za blaginjo svojega naroda. To plačilo je tukaj zemeljska slava in v onostranstvu apoteoza. To kar je v predgovoru predmet logike, postane v *Somniumu* razodetje večne resnice. *Somnium* spada v vrsto preroških sanj, vendar ni prava prerokba ampak kontemplativno spoznanje. Ciceronova trditev, da ima človek ugledno mesto na zemlji nujno opozarja na božanske temelje sveta. Vse človeške dejavnosti, ki imajo častno mesto so dejavnosti posredovanja med božanstvom in človekom. V okviru teh idej, pri ratifikaciji uglednega mesta ki ustreza človeku, posvečenemu *republici* po božjem načrtu, nastane *Somnium* v katerem je deležen nebeške slave kreposten vladar.

BIBLIOGRAFÍA

ZIEGLER, K. (1969). *Cicero. De re publica, Somnium Scipionis*. Lipsiae: Teubner.

PALABRAS CLAVE

Somnium Cicero; gloria; Scipion; patria
Sanje; Ciceron; slava; Scipion; domovina

MARÍA ESTANISLADA SUSTERSIC

Títulos: Profesora y Licenciada (Especialidad, Lenguas Clásicas) en Letras por la UNLP.
Docencia: Ayudante diplomada “Lengua y Cultura Latina I” y “Literatura Latina Clásica”, FaHCE, UNLP, Literatura Eslovena y Lengua Eslovena en el Instituto Dr. Marko Bajuk. Publicaciones: Sustersic, María Estanislada, Sintaxis Latina, Auster Cátedra, FaHCE, UNLP, 1998. Capítulo de libro: Sustersic, M.E. “La concepción ciceroniana del hombre en ‘De re publica’ de Cicerón frente a la concepción moderna”, Actas del IX Congreso Nacional de Filosofía, FaHCE, UNLP, 2000. Capítulo de Libro: Sustersic María E., “La amistad como unidad en Cicerón”, Actas de las XI Jornadas de estudios Clásicos, UCA, 2001. Investigación: Investigadora del “Centro de Estudios Latinos”, participante del proyecto PICT “La leyenda de Troya y la memoria de la fundación de Roma” y en Incentivos de Ciencia y Técnica: “El Otro Mundo en la literatura latina”. FaHCE, UNLP.

Diplome: Profesor in Licenciati književnosti (specializacija, klasičnih jezikih), književnosti, Narodna Univerza La Plata, UNLP. Poučevanje: “Latinski jezik in kultura I” in “Latinska klasična literatura” Fakulteta Humanističnih in vzgojnih ved, FaHCE, UNLP, in slovenska književnost in jezik na Inštitutu dr. Marko Bajuk. Publikacije: Šušteršič, Maria Estanislada, Latinska sintaksa, Auster Cátedra, FaHCE, UNLP, 1998. Poglavlje knjige: Šušteršič, M. E. «Pojmovanje človeka v Cicero de re publica v primerjavi z modernizmom», Zbornik Devetega Nacionalnega kongresa filozofije, FaHCE, UNLP, 2000. M. E. Šušteršič, “Priateljstvo kot enotnost pri Ciceronu», Zbornik XI konference klasičnih jezikov, Argentinska katoliška univerza, UCA, 2001. Znanstveno raziskovanje: udeleženka “Centra za latinske študije, CEL, projekt PICT: “Legenda Troje in spomin ustanovitve Rima, in projekt “Znanost in tehnika: “Onstranstvo v latinski književnosti» FaHCE, UNLP.



Cosmos
Mixta s/ tela.
Gloria Antonioli

Resumen

En el Sueño de Escipión, último libro del *De re publica*, describiendo un viaje ultraterreno durante un sueño, se refiere Cicerón a la recompensa del gobernante virtuoso que busca el bien de su pueblo. Ésta es aquí la gloria terrena y en el más allá la apoteosis. Lo que en el proemio es objeto de una deducción lógica se convierte en el *Somnium* en la revelación de una verdad eterna. La afirmación ciceroniana de que el hombre tiene un lugar eminente apunta necesariamente a la divina fundamentación del mundo. Y toda la actividad humana que le da un lugar eminente es una actividad de mediación. El *Somnium* pertenece al tipo de sueño oracular y admonitorio en el cual Cicerón preanuncia la gloria celestial para el gobernante virtuoso, pero las circunstancias en las que se desarrolla este sueño son particulares y no pertenece al ámbito de la adivinación.

Povzetek

V prvem predgovoru *De re publice* Ciceron opozarja na plačilo krepostnega vladarja, ki si prizadeva za blaginjo svojega naroda. To plačilo je tukaj zemeljska slava in v onostranstvu apoteoza. To kar je v predgovoru predmet logike, postane v *Somniumu* razodetje večne resnice. *Somnium* spada v vrsto prerokih sanj, vendar ni prava prerokba ampak kontemplativno spoznanje. Ciceronova trditev, da ima lovek ugledno mesto na zemlji nujno opozarja na božanske temelje sveta. Vse loveke dejavnosti, ki imajo astno mesto so dejavnosti posredovanja med božanstvom in lovekom. V okviru teh idej, pri ratifikaciji uglednega mesta ki ustreza loveku, posvečenemu republici po božjem naratu, nastane *Somnium* v katerem je deležen nebeske slave kreposten vladar.